

LECTORI CANDIDO.

Rationem instituti mei, Lector
Candide, ut te edocerem, operæ prætium
esse duxi. Et initio quidem cur librum hunc
tali titulo præfixo in lucem prodire volui.
Etenim non sum dubius videri multis pom-
posum nimis & fastuosum: sed nomina hic
rebus suis convenire deprehendet is; qui li-
bellum totum animo & oculis percurrere
cavabitur. Que enim se miracula
indunt in Lapide Philosophico, particu-
laribus transmutationibus, salibus Philoso-
phiæ, extractis, aquis destillatis, &c. faci-
dis? Quæ non mysteria Medica in parte
pusculi hujus ultimâ? Lege ergo primùm
& intellige, deinde judica; nec prius. Non
equidem sum nescius, artis hujus magistro
non esse miracula nec mysteria. Sic enim &
in omni arte vel abstrusissimâ nihil perito-
admirandum aut rarum est. Sed hæc trans-
eant. Quare autem luci publicæ dare vo-
lui hunc laborem meum; sola causa est uti-
litas publica: quam ut respicerem, monu-
erunt amici complures & editionem rogavere.

Neg.